(1) Unde ab hora ferè quinta diei usque ad horam ipsius diei octavam acriter ab utrisque pugnatum est. At ubi incalescunt nostrorum animi, victoriae dilationem ferre non potuerunt. Sed ad portas propriùs pugnaturi accedunt. Tunc victoriosa per Dominum manu portas incendunt, muris insiliunt, civitatem victores ingrediuntur in qua sibimet seditiosos subjiciunt. Ubi dum Wittimirus armata adhuc manu Ecclesiam peteret, accessu nostrorum turbatus post aram beatae Virginis Mariae se vindicaturum in reverentia loci miser, sed ultore gladio testabatur: dextra tenens gladium & mortem minitans singulorum. Ad hujus ergo insaniae rumorem protinus comprimendum unus è nostris inter caeteros rejectis armis tabulam manu arripuit & ferocissimo ictu sese ad illum direxit. At ubi tabulam acriter nixus est super eum ingenti jactu percutere, mox in terram tremebundus prosternitur protinusque capitur ferrumque illi de manu extrahitur, moxque viriliter tractus pondere vinculorum arctatur verberibusque una cum sociis cum quibus urbem nitebatur vindicare afficitur. *Julian. Tolet. hist. Wamb. Luc. Tud. Chron. Mund. Rod. Tol. de reb. Hisp. l. 3. c. 5.*

de la noche pudiéron unos arrimarse á las puertas, y otros poner escalas á los muros y entrar dentro. Retiróse Witimiro á una Iglesia, creyendo que la reverencia á los altares y su espada le defenderian; pero fué luego preso; y tambien el Obispo Argebaudo y el Dean Galtricia. Este feliz suceso les facilitó las empresas de Agata y Besiers donde fué preso Remigio, Obispo de Nimes. El de Magalona, Gumildo, juzgó que no podria defenderse en aquella ciudad y se retiró á la de Nimes con Paulo que asistia en ella (1); y como en faltando la cabe-

(1) Capta Narbone factio despectui & odio esse coepit in causa quam judicia hominum & fortuna belli damnabant: & Wambae rebus favebatur, quod mitissimo imperio ejus atque legitimo repudiato necessaria arma cepisset. Eodem victoriae cursu vi captae Magalona, Agatha & Beterris. In his oppidis factiosorum Principes nonnulli in potestatem venerunt atque in iis Nemausensis Praesul Remigius. agalonae Episcopus Gumildus de rerum summa diffidens, longinqua fuga se texit: Nemausumque se ad Paulum recepit, Urbem ea aeta-

beza á los rebeldes, se rinden al vencèdor, entregáron la ciudad. Prosiguiéron los quatro Capitanes la victoria, y con treinta mil com-

aetate civium frequentia, aedificiorum amplitudine & munitione nulli cedentem in Narbonensi Gallia: multa veteris nobilitatis monimenta & tunc extabant & nunc extant: amplumque theatrum Romanorum opus, quod quoniam muro conjunctum erat, arcis firmissimae praebebat usum. Duces quatuor à Wamba praemissi, tantis rebus gestis feroces, quamvis earum rerum ignari quae ad Urbium expugnationem usui esse solent, more impatientes quamprimum in ejus Urbis conspectum ventum est sublato totius exercitus clamore, in quo triginta millia homines erant, in munitiones impetum faciunt. Pugnatum utrimque acriter indignantur hi toties victam perfidiam resistere: illos desperatio, nisi vicissent, agebat in rabiem. Pugnantes nox diremit, neutro victoria inclinante. Obsessi, quod victi non essent Regiique loco cessissent, se pro victoribus ferebant. In ipso pugnae ardore miles quidam insultabundus Regiis denuntiavit validas Germanorum Francorumque copias auxilio adventare brevique affore: quorum multitudine atque virtute tamquàm feras indagine cinctas cunctos perituros scilicet haud dubiè minabatur. Parva saepè momenta in bello magnas inclinationes faciunt nihilque praetermittendum quod contemptu exitium afferat: eaque consilia saluberrima quae cautissima. *Joan. Mar. de reb. Hisp. l. 6. c. 12. Rod. Tolet. de reb. Hisp. l. 3. c. 5.*

combatientes se pusiéron sobre Nimes , ciudad de las mas fuertes y populosas de la provincia Narbonense. Los de dentro hiciéron una salida y peleáron con gran valor, abrigados con los muros y defendidos con los dardos y saetas que tiraban los que estaban entre las almenas. Duró el combate hasta la noche, retirándose los del Rey por la amenaza de uno de los cercados que dixo : *presto tendrémos un gran socorro de Alemanes y Franceses con que podrémos defendernos y ofenderos.* Esparcido esto por el exército , desmayó mucho el ardor de los soldados. Tan ligeras causas suelen en la guerra causar grandes efectos. Sabido esto por el Rey que tenia sus alojamientos seis millas de la ciudad para conservar el decoro Real ó para observar desde allí los socorros que esperaba el enemigo y oponerse á ellos, mandó luego que Wandimiro con diez mil combatientes marchase toda la noche para reforzar el exército , y al salir del sol se presentó con ellos delante de la ciu-

ciudad (1). Admiró Paulo tan numeroso socorro, y desesperado de su fortuna acusaba su mal consejo, no habiendo tormento

(1) Et benè res acta est. Nam ubi Princeps cognovit Paulum Principem tyrannidis decertare cum nostris, nulla de reliquo mora fit. Mira ergo in ordinando celeritate per Wandemirum Ducem electos de exercitu ferè decem millia viros ad auxilium pugnantibus destinavit qui nocte tota pervigiles maturatum iter conficerent & superventu sui non tam hostem frangerent quàm nostrorum animos solaturi ocius pervenirent. Sed ubi defatigatae custodum vigiliae hostem inclusum diu teneri jam quodammodo desperarent, subitò missa sibi auxilia vident, illicò somnus ab oculis fugit & gratulantibus animis receptis viribus pugna definitur ab occursantibus. Jam solis croceum liquerat aurora cubile, & stipata per murum hostilis multitudo prospiciens videt per serenam aciem luminum multiplices quàm pridiana die viderat excrevisse acies pugnatorum. Jam tunc caput ipse tyrannidis Paulus ad tantae rei visionem in quodam prominenti speculo conscensurus occurrit. Qui mox ut nostrorum acies dispositas vidit, illico ut fertur animo decidit, his verbis enuntians: recognosco, ait, omne hoc dispositum pugnae ab aemulo meo procedere, nec alium puto. In suis enim eum dispositionibus recognosco. Haec & his similia dicens animum revocans ad virtutem, suos ad bellandum accendit: nolite, ait, pavore turbari; haec est tantum illa Gothorum famosissima virtus

to que mas obligue á la verdad que la propia conciencia; pero disimulando su temor, animó sus soldados, diciéndoles que no hiciesen juicio del valor de los Godos por las victorias pasadas; porque ya con el ocio y las delicias se habia afeminado. Que habiéndoles faltado el exercicio de las armas, les

tus quae se venire ad superandos nos solita temeritate jactabat Hic, hic Principem, hic totum ejus exercitum credite nunc adesse. Nihil de reliquo est quod timeatis. Famosa siquidem virtus eorum anteà fuit, & suis in defensionem, & aliis gentibus in terrorem. Nunc tamen omnis in illis vigor praeliandi emarcuit, omnis scientia pugnae defecit. Nullus illis bellandi mos, nulla confligtandi experientia subest. Vel si in unum conserti praelium conferant, ad definita illicò evolabunt latibula: quia degeneres animi eorum pondus praelii sustinere non queunt. Quin potius haec quae dico, cum praeliari coeperitis in meis verbis ipsi probabitis. Nihil ergo est majus quod debeatis pavescere, cum & Regem & exercitum ipsum hic videatis adesse. Ad haec plerique ex suis abstruebant Regem sine signis non posse procedere. Ad quod ille commentabatur, ideò illum cum bandorum signis absconditis accessisse, ut intellectum suis hostibus daret alium adhuc exercitum superesse: cum quo ipse adhuc utpote cum multiplici quàm prius venerat manu post futurus accederet. *Julian. Tolet. hist. Wamb. Luc. Tud. Chron. Mund.*

les faltaba la disciplina y ciencia militar. Que allí tenian presentes todas las fuerzas de España, y al mismo Rey, que se desharian en el cerco; con que podrian despues triunfar de ellos y del Imperio Godo: y porque no se veia el esquadron de las bandas que asistia á la persona Real, les decia que se las habian quitado por estratagema, para dar á entender que el Rey quedaba atras con otro cuerpo de exército. Con estas razones se animáron mucho los soldados, pero presto los desengañó el asalto; porque dividido el exército en esquadrones, acometiéron por diversas partes los muros, tiradas delante muchas máquinas para la expugnacion (1), habiendo sido en todas edades

(1) Haec Paulo dicente coepit tubis regalibus exercitus concrepare & Urbem variis insultibus infestare; sed qui intus erant, licet alia jactitarent, plus de muri fortitudine quam de suis viribus confidebant. Unde lapidum & jaculorum injectionibus insistebant, & ingeminantes certamina rediviva plus ipsi quàm exterior exercitus laedebantur. *Rod. Tolet. de reb. Hisp. l. 3. c. 6. Julian. Tolet. hist. Wamb. Luc. Tud. Chron. Mund.*

des ingeniosos los hombres contra los hombres, como si con la muerte de unos hubiesen de vivir felices los demas, ó como si por sí misma no fuese bastantemente achacosa y breve la vida humana. Iban todas con tal ordenanza, que parecia desde léjos que otra ciudad marchaba contra Nimes. Sobre ruedas secretas se movian unas galerías largas de madera, cubiertas de cueros y betunes (1), que resistiesen á las piedras y al fuego (2), para que se arrimasen seguramente los soldados; unos á deshacer ó quemar las puertas, y otros á picar los muros. Para el mismo efecto y con la misma traza, aunque en forma de tortugas (3), caminaban otras llamadas testu-

(1) Tentoria quaedam bovillis coriis extensis facta qua lignis ad hominis longitudinem sustinentur: ea armati milites subeunt. *Suidas.*

(2) Extrinsecus autem, ne immisso concrementur incendio, crudis ac recentibus coriis vel centonibus operitur. *Veget. l.* 4. *c.* 15.

(3) Testudo autem à similitudine verae testudinis nomen sumpsit: quia sicut illa modo reducit, modo profert caput, ita machinamentum trabem. *Vegetius.*

tudos: unas sencillas, otras rostradas y otras arietarias. Estas dos últimas traian dentro una viga, herradas las cabezas á semejanza de las de los carneros (1), ó rematadas en tres picos de acero triangulares, las quales llevadas á vuelo de muchos soldados desde dentro de la galería y á veces desde afuera, libradas en dos maderos, no habia cosa tan fuerte que resistiese á la fuerza de sus golpes. Caminaban tambien algunas torres iguales con los muros (2), y unas caxas quadradas levantadas con árganas, donde puestos los soldados y arrimados á las almenas, era necesidad el valor, pendiendo su retirada del ageno arbitrio. Otras á modo de ballestones, llamadas cata-

(1) Haec intrinsecus accipit trabem quae aut adunco praefigitur ferro & falx vocatur; aut certè ipsius caput vestitur ferro & appellatur Aries. *Vegetius.*

(2) Turribus plures rotae mechanica arte subduntur, quarum lapsu mobili magnitudo tam alta moveatur. *Vegetius.*

tapultas (1), con diversos muelles, gatillos y disparadores estaban dispuestas para arrojar saetas y piedras.

Todas estas máquinas, instrumentos de la muerte, se arrimáron á las murallas, y con no menor ruido que furor las batian. Los de dentro se defendian con el ingenio y con las manos, y echando lazos en las cabezas de las vigas, divertian al uno y otro lado sus baterías (2). Otros, para que se entorpeciesen en lo blando sus golpes, dexaban caer sobre el muro mantas de cerdas, que llamaban cilicios, y sacos de lana (3). Con no menor industria y mayor efecto arrojaban otros sobre las máquinas piedras grandes, ruedas de molino, y á veces las es-

(1) Catapulta genus machinae è qua jacula & alia quaedam mittunt. *Aristoph. Scholiast.*

(2) Arietes lapidibus decutiebant, aut laqueis deflectebant, aut sportis saccisque lanarum plenis vim infringebant. *Appian. in Mithrid.*

(3) Unicum ferè obstaculum & oppositio coria, cilicia, vela. His enim vim excipiebant & frangebant, molliter ita suspensis. *Lips. l. 5. Pol. Dial. 9. Suidas. Veget. l. 4. c. 6.*

Marte en aquella expugnacion no era ménos horrible que el de estos tiempos: porque ahora se baten y demuelen de mas léjos las defensas, y quando se llega á los asaltos, vienen los peligros envueltos en el humo y no se ve lo formidable de los casos; y entónces todos éran patentes á los ojos.

Duró por algunas horas el asalto con igual valor y constancia de la una y otra parte. La defensa de las vidas y haciendas, el temor al castigo, la estimacion del honor y la última desesperacion hacian animosos y resueltos á los cercados, como obstinados y temerarios á los cercadores la gloria y la codícia (1); hasta que abrasadas las puertas y

(1) Exercitus itaque Regis Wambae reputans tardum si victoria in crastinum differatur, accensis animis concitati ferè usque ad horam nonam muros fortiter impugnarunt, portas urbis ignibus succenderunt, & muros irrumpunt, & in plerisque locis aditu patefacto occupant civitatem. Cumque inclusi non possent ferocitatem intrantium tolerare, in praesidium confugiunt arenarum quod à Gothis fuerat antiquitus contra Romanorum poten-

y hechas brechas en los muros, entráron los Godos en la ciudad. Creyéron los ciudadanos que habia sido trato del presidio de los Godos y volviéron contra ellos las armas, olvidados de su mismo peligro; si ya no fué que quisiéron así purgar su rebeldía: con

tentiam obfirmatum: sed viri exercitus persequentes usque adpraesidium caedere non desistunt, adeo quod omnia fere habitacula & plateae plenae jacent cadaveribus mortuorum. Aliqui tamen de vulgo qui praedae insistere nitebantur adverso gladio perierunt. Cumque in parte Pauli dissensio oriretur eo quod incolae proditionem in suorum aliquos retorquebant mutuis vulneribus concidebant, & adeo invaluit ista caedes quod licet ipse Paulus quemdam esse de suis vernulis acclamaret de manibus ferientium non potuit liberare. Unde & factus contemptibilis, tam ipse quàm suí qui cum eo ab Hispania venerant ab omnibus incolis suspicioni & despectui habebantur. Verebantur enim ne in suis capitibus admissam Wambae Principis gratiam procurarent. Unde & rediviva concertatione concisi mirabili spectaculo caterva prosternitur perfidorum, & qui Gothorum evaserant vim armorum suorum gladiis ceciderunt, ita ut penetralia & abdita cadaveribus essent plena, aliqui etiam lethali vulnere sauciati mortuorum effigiem simulabant. *Rod. Tolet. de reb. Hisp. l.* 3. *c.* 7. *Jul. Tolet. hist. Wamb. Luc. Tud. Chron. Mund. Joan. Mar. de reb. Hisp. l.* 6. *c.* 12.

con que fué grande la confusion, matándose unos á otros sin que nadie supiese de quién se habia de guardar; y tal vez á un mismo tiempo se veia uno herido por los pechos y por las espaldas, del enemigo y del amigo. En todas partes se apellidaba la victoria y en ninguna se veia. Los lamentos subian al cielo. Las calles y las plazas eran lagos de sangre, y los cuerpos muertos amontonados en ellas servian de baluarte. Paulo, perdidas las esperanzas de defender la ciudad, se desnudó las insignias Reales, ó por no ser conocido, ó por juzgarse ya indigno de ellas (1); lo qual no acaso, sino por disposicion de la divina justicia, sucedió el mis-

(1) Inter alia autem divini judicii aequa lance librata sententia patuit, cum rerum desperatione Paulus tirannus penitus superatus hoc anno sua sponte antequam ab adversariis caperetur ipsis Kalendis septembris regalibus se exuit vestimentis, ac privatis indutus regnum deposuit qua die à Deo electus Rex Wamba illud acceperat. *Baron. ann.* 674. 3. *Julian. Tolet. hist. Wamb. Roder. Tolet. de reb. Hisp. l.* 3. *c.* 7.

mismo dia en que el año ántes se habia coronado Wamba.

Acompañado de su guardia y de los de su familia se retiró Paulo al teatro que estaba á un lado de la ciudad (1), cuya grandeza (de que hoy hacen fe sus fragmentos) podia servir de fortaleza. Allí pensó defenderse y dar lugar á algun honesto ajustamiento con Wamba.

Otros con el mismo intento se hiciéron fuertes en una parte de la ciudad; y apoderados los Godos de todo lo demas, reposáron un dia. Entretanto; como advertidos,

(1) Paulus ipse tantorum malorum causa, errore cognito: errasse, ait, nos confitendum est at semel at una in re? imo omnia quod diligentius sunt excogitata eo facta sunt imprudentius. Simul paludamento deposito ad theatrum loci firmitate confisus cum suorum peculiari manu se recepit, mori certus, aut honesta aliqua conditione deditionem facere. Observatum est eodem die evoluto anno, nempe Kalend. Septembris regni insignia Paulum posuisse quo Procerum suffragio Wambae fuerant delata. *Joan. Mar. de reb. Hisp. l. 6. c. 12. Julian. Tolet. hist. Wamb. Rod. Tolet. de reb. Hisp. l. 3. c. 7. Luc. Tud. Chron. Mund.*

dos, llamáron al Rey para que acabada en su presencia la empresa, se le atribuyese la gloria; en que tambien miráron á dar tiempo para que perdonase á los culpados, siendo todos de una misma corona, muchos de la nacion Goda, y otros emparentados con ella.

Para este fin enviáron al Obispo de Narbona, Argebaudo (1), que era prisionero, el qual alcanzó al Rey cerca de la ciudad.

Pos-

(1) Tunc omnes communiter flagitant Argebadum Antistitem Narbonensem ut Regi occurreret veniam petiturus. Hic eorum actibus non consensit, sed coactum duxerant à Narbona, & tamen pietate solita condescendens suscepit officium supplicandi, & celebratis divini mysterii sacramentis, eisdem sacris vestibus cum quibus Deo immolaverat quarto ab urbe milliario exivit obviam Principi venienti. Et cum ad Regis praesentiam pervenisset, de equo descendens coram Majestate Regia se postravit; quem Rex ut vidit, pietate motus illico substitit & jussit à terra Pontificem elevari, & Pontifex voce flebili Principi supplicavit ejulans atque dicens. *Rod. Tol. de reb. Hisp. l. 3. c. 8. Julian. Tolet. hist. Wamb. Luc. Tud. Chron. Mund. Joan. Mar. de reb. Hisp. l. 6. c. 12. Joan. Vas. Hisp. Chron. ann.* 673.

Postróse á sus pies con lágrimas y sollozos, y quando diéron lugar, le dixo así.

Aunque las llamas de esta ciudad (que es la mejor joya de tu corona y el antemural de tus Reynos) y los lamentos y sangre que corre por las calles te obligarán luego á tu acostumbrada clemencia, propio dote de los Príncipes y quien mas los hace semejantes á Dios, ha parecido parte de rendimiento y principio de tu glorioso triunfo, que yo venga en nombre de todos los ciudadanos á postrarme á tus Reales pies y humildemente pedirte perdon; no porque presuman que puede dar lugar á él su rebeldía, sino porque desesperando de alcanzarle quedaria ofendida tu benignidad, la qual lucirá mas al lado del desacato. Executar la pasion de la ira es apetito comun á las fieras; reprimirla es acto heróico de la razon concedida á solo el hombre, y ningun triunfo mayor que vencerse á sí mismo. Yo confieso, Señor, que no es ménos propia de la Magestad la justicia que la misericordia;

pero ya tu espada y el furor de los mismos ciudadanos los ha castigado, dexando á unos escarmiento y exemplo á otros; pues apénas ha quedado viva la tercera parte de los habitadores, y debemos creer del órden de la divina justicia, que fuéron los culpados; y si algunos se han librado de la muerte, te represento que son descendientes de aquellos que tantas victorias, trofeos y triunfos diéron á la nacion Goda. Nietos son de los que domáron á Roma y con su valor y sangre levantáron el Imperio que ahora dignamente gozas. No seas tú mas cruel que la guerra. Perdona á los que ella ha perdonado. Los que murieren tendrá ménos tu soberanía. El pueblo que obra acaso se dexó llevar del Magistrado, el Magistrado del Virrey y el Virrey de quien tú mismo fiaste el gobierno de las armas con que se hizo obedecer y coronar Rey. Pero en tan grave delito ninguna excusa les parece bastante; solamente los alienta el haberle cometido contra un Rey tan piadoso

que

que sabrá perdonarles mas que supiéron ellos ofenderle.

Con severa mansedumbre le escuchó el Rey, y con palabras graves perdonó al Obispo y á la multitud, reservándose el castigo de las cabezas de la rebelion; y aunque le replicó el Obispo, no se dexó vencer de sus ruegos, conociendo como prudente, que conviene á los Príncipes hacerse amar con la misericordia y temer con el castigo.

Habiendo llegado el Rey á vista de la ciudad, envió un esquadron que se alojase en la parte superior que mira á Francia para oponerse á los socorros que esperaba Paulo, y con el grueso del exército marchó ácia la ciudad (1), mas en forma de triunfo

(1) Festinato tandem profectionis itinere pervenit Princeps ad urbem cum terribilis pompae exercituum admiratione. Erant enim ibi bellorum signa terrentia. Cumque sol refulsisset in clypeis, gemino terra ipsa lumine coruscabat. Ipsa quoque radiantia arma fulgorem solis solito plus augebant. Sed

fo que de batalla ; y fué fama, que se viéron sobre él esquadras de Angeles volando (1). Tan antigua es la proteccion y asistencia del cielo á las armas de España.

Rindióse luego el teatro donde Paulo y el Obispo Gumildo é Hilderico fuéron presos con otros veinte, cabezas de la rebelion. Lleváron á Paulo á pie dos Capitanes de á caballo, asido de por las guedejas de sus cabellos, y quando le presentáron al Rey, sol-

Sed quid dicam quae ibi fuerit exercituum pompa? quis decor armorum? quae species juvenum? quae consensio animorum? singula explicare quis poterit? *Julian. Tolet. hist. Wamb. Luc. Tud. Chron. Mund. Joan. Mar. de reb. Hisp. l. 6. c. 13.*

(1) Qui verò primùm sceleribus militum eo modo purgavit exercitum, à Deo accepit ut Angelos haberet commilitones. Ita quidem testatur dignus cui credatur auctor, nempe visum esse Angelis vallatum exercitum: sed reddamus hic ejus verba: *Manifestè*, inquit, *divina protectio adfuit; quod coelestibus indiciis patuit evidenter. Visus est enim Angelorum excubiis protectus noster exercitus & ipsos Angelos super castra corusca volitatione protectionis suae signa protendere.* Quod & rerum declararunt eventa. *Baron. ann. 674. 3. Julian. Tolet. hist. Wamb. Rod. Tol. de reb. Hisp. l. 3. c. 8. Luc. Tud. Chron. Mund.*

soltó el cinto militar (1), como era costumbre quando se degradaban los soldados del honor y grado militar, y le puso como dogal al cuello en señal del servil estado á que le habia reducido la fortuna. Despues de él estaban los demas rebeldes postrados en tierra; y el Rey, habiendo dado gracias á Dios por tan gran merced, los mandó retirar á una prision hasta que se viese su causa, queriendo que el odio de su castigo pasase por los Jueces, y por él lo clemente de la gracia.

Allí

(1) Mox praecepit, ut de caveis arenarum proditores cum sibi faventibus abstrahantur ut vivi Principi praesententur. Bellatoribus autem jussa complentibus, Paulus cum complicibus mox extrahitur de abditis arenarum & per murum fune depositus à duobus Ducibus capillis tractus & ludibrio habitus Principi praesentatur. Quo viso Rex magnificus prorumpens in lacrymas coepit Regem omnium collaudare, & protensis in coelum manibus proclamavit: O Rex omnium te collaudo qui humiliasti superbum, ut vulneratum & in brachio virtutis tuae adversarios dispersisti. Sed mox Paulus ut faciem Regis vidit, soluto cingulo quo cingebatur super terram coram Regis pedibus se prostravit & collum cingulo propriis manibus alligavit. *Rod. Tol. de reb. Hisp. l. 3. c. 8.*

Allí se detuvo por espacio de tres dias, miéntras se sepultaban los cuerpos muertos y reparaban los muros. Mandó restituir á las Iglesias lo que habian robado los rebeldes, á que se atribuian sus malos sucesos y la sangre que se habia esparcido. A muchos Franceses y Saxones que habian venido, unos á servir á Paulo y otros en rehenes, dexó volver á sus casas dándoles muchos dones (1).

Al

(1) Franci atque nonnulli Saxones, qui aut obsidum loco erant aut arma rebellionis initio cum proditoribus sociarant, conservati donatique liberaliter impunè in patrias sedes dimissit. Ita magnarum initia rerum quae occupatione regni & Galliae defectione solicitum Wambam habebant celerem & opinione faciliorem exitum habuere. Flagitiosis puniendis Dei numen apparuisse videbatur, cum templorum thesauros expilassent quos inde movere religio erat. Eos Wamba ejus religionis exolvendae causa, quaestione habita, pristinis locis reponi mandavit: urbis belli injuria quassatae moenia instaurata, cadavera ne tetro odore urbem inficerent sepulturae mandata. His rebus perficiendis triduum datum, mox Rege in sublimi loco sedente in rebelles sententia pronuntiatur. Joan.

Al tercer dia, puesto Wamba en un trono Real, asistido de los Prelados y Grandes que le acompañaban, mandó que compareciese á juicio Paulo con los demas conjurados, y puesto el pie sobre su cuello, se leyéron los decretos de los Concilios que trataban de las penas de los traidores (1), y tam-

Joan. Mar. de reb. Hisp. l. 6. c. 13. Roder. Tolet. de reb. Hisp. l. 3. c. 8. Julian. Tolet. hist. Wamb. Luc. Tud. Chron. Mund.

(1) Tertia feria post victoriam Paulus cum aliis qui erant custodiae deputati ligatus Principi exhibetur. Cumque vinculatus cum suis tribunali adsisteret: adjuro te per fidem (inquit Princeps) ut si te laesi in aliquo aut tibi malum occasione malitiae procuravi hic edisseras coram cunctis, ut contra me tantum facinus cogitares & regni etiam apicem attentares. Mox Paulus coram omnibus protestatur se à Principe numquam laesum nec in aliquo molestatum sed suis beneficiis plus merito exaltatum, & quod fecerat instinctu diaboli se fecisse; similiter & omnes factionis complices responderunt. Tunc juventibus Senioribus & Viris illustribus ex judicio Palatino qui judicialiter assistebant prolatum est instrumentum Toleti confectum, in quo (sicut superiùs diximus) Paulus fidelitatem sicut alii Regi & Patriae juramento & subscriptione manus propriae roboravit. Allatae sunt etiam & relectae conditiones quibus jurare populum

tambien el homenage que Paulo habia prestado á Wamba y las palabras con que se habia hecho jurar Rey; y preguntado si tenia qué responder en su descargo, dixo que no, confesando que tiranizó la corona sin haber recibido agravio alguno, ántes muchos favores y mercedes del Rey. Votáron su causa los Jueces y le condenáron á *él y á* los cómplices á muerte afrentosa y confiscacion de sus bienes; y que si el Rey les perdonase las vidas, fuesen privados de la vista (1). El Rey templó con clemencia el ri-

lum sibi fecit ut ei inseparabiliter adhaererent & ei fideliter obedirent & tamquam Principem observarent, & contra Regem Wambam & defensores illius efficaciter adjuvarent, & contra dejectionem ejus vel periculum usque ad effusionem sanguinis totis viribus dimicarent, & gloriosum Wambam infaustum Regem in concione sua sententialiter judicarent. *Roder. Tolet. de reb. Hisp. l.* 3. *c.* 9. *Luc. Tud. Chron. Mund.*

(1) Ob hoc secundùm latae legis edicta, hoc omnes communi definivimus sententia; ut idem perfidus Paulus cum jam dictis sociis suis morte turpissima condemnati interirent. Qualiter casum perpetuae perditionis videantur excipere qui & ever-

rigor de la sentencia, condenándolos á cárcel perpetua y que les quitasen las cabelleras, que (como se ha dicho) era lo mismo que privarlos de la nobleza. No sé si fué mayor castigo dexarlos vivos y sin honor que haberlos librado de la muerte.

A este tiempo llegó aviso que Chilperico el Segundo, Rey de Francia, venia por razon de estado á fomentar con sus fuerzas la rebelion para que en ella se consumiesen las de los Godos, temeroso de su poder (1).

Luc-

eversionem meditati sunt Patriae & Principis interitum conati sunt eximere. Quod si forsan eis à Principe condonata fuerit vita, non aliter quàm evulsis luminibus reserventur ut vivant. Res tamen omnis ejusdem Pauli sociorumque ejus in potestate gloriosi nostri Domini persistendas esse decernimus. Qualiter quicquid de his agere vel judicare elegerit Serenitatis suae clementia, potestas illi indubitata permaneat: ut seditiosorum nomen funditus à terra dispereat, & lugubrem eorum memoriam his titulis devotatam secutura saecula imitari refugiant. *Jul. Tolet. hist. Wamb. Luc. Tud. Chron. Mund.*

(1) Chilpericum Regem Francum eo nomine secundum nunciatum erat propediem cum copiis affore, ejus adventum in castris cum quatuor dies frus-

Luego el Rey Wamba se presentó con su exército en los confines, sin querer entrar en tierras de Francia por no ser el primero que rompia las confederaciones antiguas con aquella corona. Allí se fortificó levantando altas trincheras que le sirviesen de muro, y esperó quatro dias. Esta amenaza bastó á detener al Frances. Hizo tambien retirar á los montes otro exército, conducido de Lupo,

que

frustrà expectasset, satis se ad victoriae fructum & nominis existimationem tuendam tantis rebus confectis profecisse judicans, & ne ultro lacessendo Francos foedus quod inter utramque gentem diu steterat violasse prior videretur, Galliae rebus compositis in Hispaniam redire parat. Cum interea nunciatur Lupum Ducem quemdam cum Francorum manu Beterris agros omni injuria vastare. Verùm Rege cum copiis adventante, hostes viribus impares montium juga captare constituunt, fugae similis profectio visa est, relictis impedimentis in planicie & ex strage rerum in itinere relictarum. Regii sine vulnere hostium spoliis ditati & Gallica praeda graves Narbonem ex composito redierunt: unde exercitus pars per Galliae praesidia distributa. Judaei novo edicto Gothicae ditionis finibus prohibiti, reliquus exercitus Canabae, quod oppidum in agro Narbonensi erat, pro concione laudatus missioneque donatus est. *Joan. Mar. de reb. Hisp. l. 6. c. 13. Roder. Tolet. de reb. Hisp. l. 3. c. 10.*

que corria y talaba los campos de Besiers, quitándole el bagage y muchas riquezas. Dexó bien guarnecidos de gente los confines de Francia y volvió á Narbona (1) donde dió

á

(1) Fugato itaque Lupo Duce, Princeps victor felici regressu Narbonam pervenit, & disponens de Provincia Narbonensi & de Ruteno & Alba civitatibus, quae tunc ad eam civitatem pertinebant, praecepit diruta restaurari & eos qui ob metum dissidii fugerant revocari & consuetudines indebitas in melius immutari, & omnia loca à malis usibus reformari, & locis debitis rectores qui clementer agerent deputari, ut terra tantis sordibus deformata quasi novo baptismate purgaretur. Praecepit etiam ut Judaei quos Hildericus vocaverat ab illis finibus pellerentur, statutum omnium pacis concordia roboravit, & radicem rebellionis & scismatis penitus extirpavit, & dimisit ibi manum validam fortium bellatorum, Francorum praelia non formidans imò potius vilipendens, cum nullus esset Principum vicinorum qui cum eo praesumeret concertare. His omnibus providè ordinatis, disposuit in Hispaniam remeare. Cumque ad locum qui Canebas dicitur pervenisset, concione totius exercitus convocata, omnibus grates refert quod tam fideliter, tam viriliter & tam strenuè sibi in omnibus astitissent, & quod eorum praeliis tam cito rebellia subjecisset. Unde & imperterritus animo Princeps clemens cunctos absolvit dans licentiam & sumptus itineris, ut quo placeret itinere remearent: ipse quoque Helenam veniens biduum ibi mansit. *Rod. Tol. de reb. Hisp. l. 3. c. 11.*

á todos benignas audiencias. Deshizo los agravios y satisfizo los daños que habian causado la rebelion y la guerra. Reparó los muros: desterró los Judíos que traxo Hilderico, y puso en las ciudades Gobernadores de experiencia, valor y fidelidad: de allí pasó á Canaba, donde junto el exército, hizo un razonamiento á los Soldados, alabando su valor y agradeciéndoles los trabajos y peligros que habian padecido por él. Licenció algunas tropas, pagando los sueldos y haciendo mercedes á los Cabos; con que no ménos quedáron rendidos al agradecimiento que los enemigos á la fuerza. Con gran satisfaccion y aclamaciones de todos marchó la vuelta de España, restituyendo en Girona á San Felix la corona de Recaredo que le habia quitado Paulo, y despues de seis meses (breve tiempo para tan grandes cosas) entró en Toledo en forma de triunfo (1).
Iban

(1) Etenim quarto ferè ab urbe Regia milliario Paulus princeps tirannidis vel caeteri incensores se-

Iban delante los rebeldes, no en camellos como escriben Mariana y otros, sino en carros, vestidos de sacos toscos de pelo de camello, ó hechos de su piel. Traian raidas á navája las barbas y cabezas, y los pies descalzos. Paulo llevaba por burla una corona de cuero negro. Despues venian los esquadrones, á los quales cerraba el Rey venerable por sus canas y admirado y aplaudido del pueblo por su valor y hazañas (1).

Aun-

seditionum ejus decalvatis capitibus, abrasis barbis pedibusque nudatis, vel squalentibus veste vel habitu camelorum induti vehiculis imponuntur. Rex ipse proditionis praeibat in capite omni confusionis ignominia dignus & picea ex coriis laurea coronatus. Sequebatur deinde hunc Regem suum longa deductione ordo suorum dispositus ministrorum, eisdem omnes quibus relatum est vehiculis insedentes, eisdemque inclusionibus acti, hinc inde adstantibus populis urbem intrantes. *Julian. Tolet. hist. Wamb. Vas. Hisp. Chron. ann.* 673. *Roder. Tolet. de reb. Hisp. l.* 3. *c.* 11.

(1) Regii milites sequebantur in splendidis vestibus atque omni laetitiae significatione, agmen praeeunte curia Rex ipse claudebat, ipsa canicie & tantis rebus gestis regni majestatem augens. Universa civitas quae se portis obviam effuderat ad ejus

Aunque las victorias alcanzadas y la fama de su esfuerzo, prudencia y severidad pudieran asegurar una larga paz á Wamba, no dexó que el ocio cubriese de robin las armas; ántes exercitó la disciplina militar y la tuvo pronta para qualquier ocasion, ordenando que quando se hiciesen levas se alistasen todos, exceptos los viejos, los de poca edád y los enfermos (1), y que cada uno enviase la docena parte de sus esclavos con cierto género de armas particulares. Que los

ejus spectaculi insolentiam attonita senem Regem faustis acclamationibus prosequebatur, peracta pompa sontes perpetuo carceri mancipati. Is finis tantarum rerum fuit. *Joan. Mar. de reb. Hisp. l. 6. cap.* 13.

(1) Nonnullae leges à Wamba latae sunt quibus Reipublicae statum multis labefactatum partibus temperavit: disciplinam militarem revocare curavit, omnes cum delectus haberentur ad signa convenire sanciens praeter senes, pueros & imbecilla valetudine impeditos: servitia armare minimum quemque decimam suorum partem, quibus armorum genus à caeteris discretum designabatur. Ipsi Episcopi virique sacrati in repentino hostium incursu collecta suorum manu obviam prodire jussit ad centessimum lapidem. *Joan. Mar. de reb. Hisp. l. 6. c.* 14. *Leg. Wisigoth. lib. 9. tit.* 2. *l.* 8.

los Obispos y Eclesiásticos en los rebatos saliesen con los suyos por espacio de cien millas de sus distritos.

No se mostró el corazon de Wamba ménos magnánimo en la paz que en la guerra; porque con grandes gastos y magnificencia mandó cerrar la ciudad de Toledo con nuevos muros (1) que comprehendiesen los antiguos de los Romanos, con designio de comprehender tambien los arrabales en cuyas puertas hizo grabar en un mármol este dístico.

(1) Rex Wamba victo Paulo ac profligatis omnibus hostibus suis gloriosa fruitur quiete: Toletum civitatem Regiam laxat ac muris ambit; portam quae respicit Septentrionem S. Thyrso Toletano civi Martyrique foris passo dedicat, similiter & S. Leucadiae Virgini & Martyri: & eam quae respicit Orientem B. Marcianae civi Martyrique ac Virgini sanctissimae: supra portam pontis S. Juliano Martyri Toletano: pontis serrati portam S. Damaso Melchiadique civibus Mantuae Carpetanorum, ac praecipuè divo Michaëli hujus Urbis Divo Tutelari à fundamentis Ecclesiarum ejus & Angelo Tutelari civitates contra daemones meridianos. *Luitprand. Chron. Rod. Tol. de reb. Hisp. l. 3. c. 12. Joan. Vas. Hisp. Chron. an. 673. Joan. Mar. de reb. Hisp. l. 6. cap. 14.*

EREXIT, FAUTORE DEO, REX INCLITUS URBEM
WAMBA, SUAE CELEBREM PROTENDENS GENTIS HONOREM.

Sobre las puertas se levantáron torres, trasladadas en ellas las piedras de un edificio de los Romanos que estaba vecino á la ciudad: y porque algunas traian relevadas en ellas rosas ó ruedas, que como consta de Vitruvio se solian poner en los anfiteatros (1), creyó despues el vulgo que eran las armas de Wamba. Estas puertas dedicó á los Santos tutelares de aquella ciudad para guarda de ella contra los demonios meridianos, siguiendo el estilo de los antiguos los quales, se-

(1) Sunt illae rosae vel tortulae Masopae aedificiorum ex ipso circo allatae, quarum meminit non semel Vitruvius, ut mihi significavit Joannes Baptista Montenegro excellens Tolletanus Architectus. *Hier. Higuer. in Luitprand.*

segun refiere Don Lorenzo Ramirez (1) con mucha erúdicion y vemos hoy observado en diversas partes, solian levantar ermitas delante de las ciudades, consagradas á los Angeles, y principalmente al Arcangel San Miguel, protector de la Iglesia Católica.

Para memoria de los Santos Patrones de la ciudad mandó Wamba poner sobre las torres sus estatuas de mármol (2) con estos versos.

(1) Mox erat antiquis Eremiteria ante ingressum urbium Angelis dicare quo eas custodirent defenderentque utmuneris est Angelorum qui civitates tuentur; iis & Imperiis sui designati Angeli. Inter omnes micat devotio erga D. Michaëlem, quem praeesse Christianae Ecclesiae tutamini notum, vel ex ipsius variis apparitionibus quibus partim in Occidentali partim in Ecclesia Orientali per multa miracula conspicuus redditur & osteuditur. *Lauren. Ram. in not. ad Chron. Luitprand.*

(2) Sed & secundum illud propheticum: *Super muros tuos Hierusalem constitui custodes*: supra cacumina turrium statuas erexit Sanctorum quorum custodia civitas salva foret, ejusmodi inscriptione notatas. *Baron. ann.* 674. *Rod. Tol. de reb. Hisp. l.* 3. *c.* 12. *Joan. Mar. de reb. Hisp. l.* 6. *c.* 14.

VOS, DOMINI SANCTI, QUORUM HIC PRAESENTIA FULGET,
HANC URBEM ET PLEBEM SOLITO SERVATE FAVORE.

Faltaba en este tiempo la luz de los Concilios, habiendo 18 años que no se celebraban; con que se habia estragado la disciplina eclesiástica, corrompido las buenas costumbres é introducido muchos abusos la ignorancia. Para cuyo remedio hizo Wamba congregar en Toledo un Concilio Provincial, que fué el Undécimo (1), donde concurrieron

(1) Christi annus sexcentesimus septuagesimus quintus, Indictione tertia, adest: quo septimo Idus Novembris in Hispania celebrata fuit Synodus Toletana undecima, ita dicta, aera nimirum septingentesima decimatertia, anno quarto Wambae Regis, decem & novem Episcoporum praesentia, quorum duo tantum per Vicarios interfuerunt. Hactenus Rex ipse gloriosissimus aequè ac fortissimus, bellicis expeditionibus detentus, haud rebus Ecclesiae componendis curam impendere valuit: deletis autem diversis hostibus atque imprimis

ron diez y siete Obispos, dos Vicarios, seis Abades y un Arcediano de la Iglesia Catedral de aquella ciudad. Allí, entre otros Cánones, se ordenó que al llamamiento del Rey ó del Metropolitano se debiese convocar un Concilio cada año (1).

Algunos escritores creen que en este Concilio se señaláron los términos antiguos de los Obispados; peró como parece mas verísimil y consta de Lucas de Tuy con quien se conforma el Cardenal Baronio, se hizo en otro Concilio General (2). A este diéron

mis tirannis, nihil antiquius habuit quam ut res ecclesiasticae per Episcopos bene disponerentur, quae Sacerdotum negligentia videbantur omni ex parte collapsae. *Baron. ann.* 675. 1. *Isidor. Pacens. epit. imper. aer.* 721. *Joan. Vas. Hisp. Chron. an.* 675.

(1) Peractis omnibus quae ad correctionem nostri ordinis in hoc Concilio promulgata sunt, placuit definire, ut paternis institutionibus obsequentes omni anno ad peragendam celebritatem Concilii in Metropolitana Sede tempore quo Principis & Metropolitani electio definierit devotis semper animorum studiis confluamus. *Conc. Tol.* 11. *c.* 15.

(2) Sed quod ab omnibus asseritur, in eodem Concilio omnium Hispaniarum Ecclesiarum factam es-

ron ocasion las diferencias que habia entre los Prelados sobre las Parroquias que tocaban á sus Diócesis, para cuya composicion se hizo leer Wamba las Crónicas de los Reyes sus antecesores (1). De donde se infiere que debian de ser muy dilatadas, pues podian dar luz á aquella causa; desgracia de estos tiempos, que no se hubiesen conservado.

Compuso Wamba estas diferencias y convocó un Concilio Nacional para que confirmasen los Padres lo hecho, en que no se debe dar crédito á lo que dice el Moro

Ra-

esse Sedium Episcopalium divisionem, secus senserim: nam Tudensis assertione constat id factum in Concilio generali sub eodem Rege celebrato. *Baron. ann.* 675. 4.

(1) Et ad urbem Toletanam cum triumpho magno reversus, discordantes Pontifices eo quod alii aliorum Parochias invadebant ad concordiam studuit revocare. Fecit enim Chronicas Regum priorum coram se legere, ut facilius posset terminos Parochiarum dividere sicut antiquitas denotaret & exigeret juris censura, & jura propria quaelibet Ecclesia possideret, sicut subjecta demonstrat scriptura. *Luc. Tud. Chron. Mund. aer.* 704.

Rasis y lo aprueba Juan de Mariana y ántes de él la Crónica general del Rey Don Alonso; que el Emperador Constantino Magno hizo la institucion y division de los Metropolitanos y Obispados en las dos Españas: porque consta haber sido muchos de ellos instituidos, ó por los Apóstoles, ó por sus discípulos (1).

En este mismo año, que fué el quarto del Reynado de Wamba, se celebró de órden suya en Braga un Concilio de ocho Obispos, aunque hay quien diga que fuéron nueve

(1) Rejicimus autem longè longius quae eodem argumento scripta feruntur nomine cujusdam Rhasis Arabis, dum tribuit Constantino Magno divisionem, imo & institutionem Sedium Episcopalium in Hispania. Mirati sumus creditum id à prudentibus, & veluti quoddam nobile antiquitatis monumentum in medium allatam hujusmodi partitionem quam auctor ille asserit à Constantino Magno factam. At quid de rebus antiquis Ecclesiarum Hispaniae Arabes nosse potuerunt? Quae rerum cognitio, nisi cum ipsi venientes in Africam post haec tempora Hispanias occuparunt? sed in pluribus mendax auctor esse convincitur. *Bar. ann.* 680. 58.

ve. Daban cuidado al Rey los abusos introducidos en la provincia de Galicia donde algunos Sacerdotes celebraban con leche en lugar de vino, ó con mosto estrujado (1). Otros daban la sagrada comunion mojada en vino. Otros comian en los vasos destinados para el culto divino. Algunos Obispos se ponian al cuello las reliquias y se hacian llevar en andas por Diáconos vestidos con albas; siendo el andar en ellas solamente permitido á los Papas, ó con su licencia á algun Patriarca, y no llevados de Diáconos sino de seglares (2). ¿Qué ritos irracionales no

(1) Audivimus enim quosdam schismatica ambitione detentos contra divinos ordines & Apostolicas institutiones lac pro vino in divinis sacrificiis dedicare: alios quoque intinctam eucharistiam populis pro complemento communionis porrigere; quosdam etiam non expressum vinum in sacramento Dominici calicis offerre. Quod quam sit Evangelicae atque Apostolicae doctrinae contrarium & consuetudini ecclesiasticae adversum non difficile ab ipso fonte veritatis probatur, à quo ordinata ipsa sacramentorum mysteria processerunt. *Conc. Bracar.* 3. *c.* 2.

(2) Ne procedentes in solemnitatibus Martyrum Epis-

no introducen la ignorancia y el descuido? Campos son nuestros ánimos donde, si no se cultivan cada año, nacen espinas y abrojos; en que conviene estar muy vigilantes los Prelados y los Reyes.

Todos estos y otros abusos corrigiéron los Padres con graves penas, dando gracias al Rey Wamba por haberlos juntado en aquel Concilio. Hallóse en él Vela, Obispo de la Iglesia Britaniense, hoy Mondoñedo; y dice el Arzobispo Loaisa, que Vela es nombre Gótico y lo mismo que hoy Ayala (1).

En este tiempo se hallaban los Sarracenos Señores de Africa desde las bocas del Nilo hasta el mar Atlántico; pero á su ambicion de

Episcopi, Diaconorum humeris sella gestatoria veherentur, suspensas collo sacras reliquias portantes. Etenim sella gestatoria vehi Romani Pontificis tantum fuit insigne; vel si cui Patriarchatum ipse concessit, sed quae laicorum humeris vectaretur, Diaconum numquam, neque intimi ordinis Clericorum. *Baron. ann.* 675. 6. *Conc. Brac.* 3. *c.* 6.

(1) Est Vela nomen Gothicum, nunc generosae familiae Ayalae gentile. *Loais. in not. ad Concil. Brac.*

de dominar, favorecida de la fortuna, y á su copiosa multiplicacion eran pequeños límites los de aquellas provincias, y buscaban otras donde extenderse. Con este fin, formada una armada naval de doscientos y setenta navíos, infestáron las costas del estrecho de Gibraltar. Opúsose á ella Wamba con otra no ménos numerosa, y *habiendo* llegado al conflicto, fué muy sangriento; porque faltando espacio á las naves para gozar de las ventajas del viento y de la vela, se aferráron unos á otros. Mostráron los Godos, que su valor no era menor en la mar que en la tierra, y declaró el cielo con la victoria, que tambien aquel elemento, ántes infausto á sus empresas, favorecia sus glorias. Muchas naves quedáron rendidas, á otras ó consumió el fuego ó afondáron las olas (1).

Es-

(1) Qui igitur Dei Ecclesiae bene instituendae totus intentus fuit, accepit iste Wamba Rex insigne beneficium quod idem Tudensis paucis enarrat nempe ut Sarraceni qui Oriente magna ex part potiti essent insulasque plurimas devastassent ingen-

Esta invasion de los Africanos atribuia el vulgo ligero á inteligencias secretas con ellos de Ervigio en venganza de haber sido excluida de la corona la familia de Chindasvinto de quien (como se ha dicho) descendia (1); lo qual no parece verisímil en un

genti comparata classe navium ducentarum & septuaginta cum Hispanias invasissent, victi iidem fuerint ab ipso Rege maritimo bello quo & eorum classis incensa funditus deperierit, sitque quam evidentissimè ostensum fuerit adversus fideles tunc tantum perfidos infidelesque barbaros praevalere, cum in illis peccata insunt quae Dei justa sententia puniantur: ubi autem pietas viget & fulta sancta Religio bonis operibus floret, tunc barbaricas omnes vires summo licet studio comparatas imbecilles penitus reddi & impotentes sit necesse. *Bar. ann.* 675. 7. *Luc. Tud. Chron. Mund. Vas. Chron. Hisp. an.* 676. *Taraph. de Reg. Hisp. an.* 674. *Joan. Mag. Goth. hist. l.* 16. *c.* 22. *Roder. Tolet. de reb. Hisp. l.* 3. *c.* 12. *Luc. Mari. Sicul. reb. Hisp. l.* 6. *Alf. Carth. Reg. Hisp. anaceph. c.* 39. *Roder. Sanct. hist. Hisp. p.* 2. *c.* 32.

(1) Erat enim Ardebasti filius, Reccesvinthi propinquus, atque magna inter Proceres auctoritate: quam ipse ingenii dexteritate & accommodatis ad tempus officiis vehementer augebat. Animus mortalium inexplebilis est praesentis fortunae muneribus semperque ad ulteriora contendit. Ergo cum ne-

un Príncipe de tanta piedad y religion.

En medio de estas glorias un accidente natural obró en Wamba lo que no habian podido sus enemigos, porque de improviso le derribó sin sentido en tierra. Perdió el movimiento; y desesperados sus domésticos de su vida, le vistiéron luego un hábito de Religioso (1) y como á tal le cortáron el cabello, observando el estilo ordinario de aque-

neque Wamba superstite fore se voti compotem speraret, neque defuncto si Procerum liberis suffragiis res ageretur, propter Theodefredum Recesvinthi fratrem quem superioribus comitiis ob imbecillem aetatem praetermissum fuisse monstratum est: sibi spem nullam regni nisi in scelere ratus primum Sarracenorum classem in Hispaniam immisisse creditur. *Joan. Mar. de reb. Hisp. l. 6. c. 14.*

(1) Adversum Regem excogitans herbam, cui nomen est spartus, illi in potum miscuit & statim Regi memoria est ablata; cumque Episcopus civitatis seu Optimates Palentini qui Regi fideles erant quos penitus causa potionis latebat vidissent Regem absque memoria jacentem, causa pietatis commoti ne Rex inordinatè migraret, statim ei confessionis & poenitentiae ordinem dederunt. *Salmant. in Chron. Ervigii. Hieron. Higuer. in not. ad Chron. Luitpran. Joan. Vas. Hisp. Chron. ann.* 681.

aquellos tiempos con los ya moribundos (1). Turbó mucho al Palacio aquel caso. Unos se miraban á otros, y mas por señas de admiracion que por palabras explicaban sus sospechas de que fuerza de algun veneno mas que de malos humores le quitaba la vida. El vulgo creyó luego, que Ervigio habia sido el autor por sucederle en el Reyno, y añadia, que le habia dado á beber el agua donde estuvo á remojo el esparto que es especie de veneno. ¿ Qué inocencia está segura de las aprehensiones del vulgo?

Des-

(1) Sequenti vero canone significatur eam tunc in Hispaniarum Ecclesiis viguisse consuetudinem, ut urgente aegritudine, cum se quis proximè moriturum putaret, ejusmodi poenitentiam peteret quam si etiam extra mentis integrum sensum constitutus ab Antistite ministratam accepisset, haud ulterius ad saeculum reverti ipsi liceret, sed teneretur monachus permanere, etiamsi eam minimè petiisset sed nesciens accepisset. *Bar. ann.* 680. 56. *Luc. Tud. Chron. Mund. Julian. Tol. hist. Wamb. Rod. Tol. de reb. Hisp. l.* 3. *c.* 12. *Alfons. Carthag. Reg. Hisp. anaceph. c.* 39. *Luc. Mar. Sicul. de reb. Hisp. l.* 6. *Franc. Taraph. de Reg. Hisp. ann.* 674. *Chron. Alfons. c.* 51. *Roder. Sanct. hist. Hisp. part.* 2. *cap.* 32.

Despues de algunas horas despertó Wamba del letargo. Desconocióse á sí mismo, viéndose Religioso y sin cabello, incapaz ya por ambas cosas del Reyno; y como prudente, hizo voluntaria la necesidad, y eleccion lo que ya era fuerza, cediendo á Ervigio la corona y ordenando al Metropolitano de Toledo que luego le ungiese Rey. Tambien ésto atribuyó el vulgo á traza de Ervigio, obligándole á la cesion ántes de haber cobrado Wamba enteramente su juicio (1); pero de lo que se dirá adelante consta lo contrario, y que Wamba, no ménos generoso en haber rehusado el cetro que en haberle despues cedido, juzgó que era obligacion suya y accion heróyca anteponer el beneficio y quietud pública á sus propios intereses, pues ya sin guerras civiles no podia restituirse á la co-

ro-

(1) Additum praetereà ut intermorientibus vocibus menteque vi veneni alienata Elvigium ipsum successorem diceret; idque extemporaria singrapha atque diplomate Regio confirmatum. *Joan. Mar. de reb. Hisp. l. 6. c. 15. Joan. Vas. Hisp. Chron. ann.* 681.

